Гр. IV. Кур. N25 сц 485

ЦѢНА ДВА РУБЛИ

Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Polo-
niae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae
Masoviae Samogitiae Livaniae Smolensciae Czerni-
hovieq Necnon Suecor Gottor Vandalorumq Hae-
redit. Rex Significamus praesentibus literis Nris
quorum interest universis et singulis Exhibitas no-
bis esse literas pargamenceas infrascriptas manu
Divae memoriae Sermi Vladislai IV Fratris Nri
desideratissimi subscriptas et sigillo Regni Maioris Cancellariae
communitas sanas salvas et illaesas omniq suspicionis nota caren-
tes. Supplicatumq nobis est ut easdem literas authoritate Nra Re-
gia approbare et confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est.
Vladislaus IV Dei gratia Rex Poloniae magnus dux Li-
thuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Smo-
lensciae Czernihovieq necnon Suecorum Gottorum, Vandalo-
rum haereditarius Rex Significamus praesentibus lris Nris
quorum interest universis et singulis. Exhibitas nobis fuisse
literas pargamenceas manu Serni olim Sigismundi Augusti
Regis Poloniae subscriptas Sigilloq minoris Cancellariae commu-
nitas, sanas salvas illesas, omniq suspicionis nota carentes. Su-
pplicatumq nobis est ut eas authoritate Nra Regia approbare et
confirmare dignaremur. Quarum literarum tenor de verbo ad ver-
bum sequitur talis. In Nomine Dni Amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Quoniam res gestae hominum vetustate et oblivione
intereunt, prudenter literarum monumentis aeternitati commendantur.
Proinde Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae necnon Terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradiae, Lanci-
ciae Kiioviae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Podlachiae Wolhyniae, Culmen,
Elbingen Pomeraniae Samogitiae Livoniaeq Dominus et haeres. Significa-
mus praesentibus lris Nris quorum interest universis et singulis praesentibus
et futuris harum notitiam habituris. Exhibuerunt nobis Oppidani de Suraz
Oppido Nro in terra Podlachiae posito Literas Pargamenias salvas integras
et omni suspicione carentes sigillo appenso Magni Duc Lithvaniae commu-
nitas, et manu Nra subscriptas. Quibus Nos Illustrissimi Alexandri olim du-
cis Lithvaniae Patrui Nri Privilegium quo divae memoriae Casimiri Avi
nostri praedicto Oppido largitae et concessae quaedam libertates, confirmatae fuerint,
itemq permulta alia Iura et beneficia, ut ipsomet Alexandri scorsim inculta
continebantur, authoritate nostra ducali confirmavimus, et perpetuam robur ac firmi-
tatem illas habere declaravimus. Sed quoniam in hoc Generali Regni conventu Lubli-
nen omnes Terras Podlachiae, quae a Regno Nro Poloniae disiuncta per multa tem-
pore Magno ducatus Nro Lithvaniae adhaeserunt eidem Regno Poloniae
iustis rationibus tanquam primeno suo et vero corpori restituimus atq univimus
Ea de causa supplicarunt nobis praefati oppidani de Suraz ut illas ipsas
eorum oppidi literas denuo authoritate Nra Regali confirmaremus atq stabiliremus
Quarum quidem de verbo ad verbum tenor sequitur et est eiusmodi. In nomine
Dni Amen. Ad sempiternam rei memoriam Nos Sigismundus Augustus Dei
Gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae Prussiae, Masovieq
Etc. Dominus et haeres Significamus tenore praesentium quibus expedit universis
et singulis quibus interest, vel interesse poterit, praesentibus et futuris harum noti-
tiam habituris. Quia cum exhibitum esset coram nobis per consulem et consularem
Oppidi Nri Suraz in Terra Podlasien et Territorio Bielscen Magni Duc Nri
Lithv ut nomine universitatis ejusdem oppidi hac ad nos cum speciali mandato
missos, Diploma seu privilegium eorum a Maioribus Nris illi oppido con-
cessum in Pargamena descriptum, Sigilloq Sermi Divae memoriae Alexan-
dri Patrui Nri desideratissimi appenso communitum, supplicatumq nobis
est, ut quando quidem hoc ipsum Diploma paulo superioribus diebus, cum quidam

fortuito, nempe quod domus illa, in qua hoc ipsum cum scrinicolo tum adservabatur,
vi tempestatis et turbinis, nudata parte tecti illius, impetuq tandem imbrium tum cohor-
tarum perstillaset ab idq aquis aliquanta pars huiusce Diplomatis fere in medio
madefacta esset, unde et scriptura in locis quibusdam haut modiae obscurata
et ceu polluta videbatur, ita tamen ut legi et discerni ad huc posset. Quare illud
exscribi denuo iuberemus aut horitateq Nra clementer approbare et confirmare
dignaremur. Quod quum nos haut iniquum existimaveremus consideringq hoc
ipsum Diploma memoratum, esse salvum et omni prorsus suspitione carere,
illud denuo exscribi iussimus. Quod quidem ad verbum in Originali suo ita
habetur. In nomine Dni Amen. Et quia ea quae inter mortales sub tempo-
re fiunt negocia, procedente aetate in oblivionem venirent ad posterosq et succes-
sores nulla gestorum negotia perveniret. Proinde regum et principum, alta
consilia invenerunt, ut huiusmodi negotia, quae sub eorum Principatu et re-
gimine aguntur, ut in notitiam posterorum deducantur literis et fideli testi-
monio perennare. Ad perpetuam proinde memoriam rei Nos Alexander
Dei gratia Magnus Dux Lithvaniae necnon Terrarum Samogitiae Rus-
siae Kiioviae Etc. Dominus et haeres Significamus tenore praesentium
quibus expedit universis praesentibus et futuris. Quomodo venientes ad prae-
sentiam Nram circumspecti proconsules et consules civitatis Nrae Suraz
nomine et commissione totius communitatis nobis supplicaverunt, ut ipsis
Iura et privilegium Iuris Theutonici Magdeburgen ipsis per Serenissi-
mum principum et Dnum Casimirum olim regem Poloniae et magnum
ducem Lithae Etc genitorem Nrum charissimum confirmaremus. Nos volentes
in eo robore et firmitudine literas genitoris Nri expressas habere et conser-
vare ad petitionem eorum licitum gratiosi annuentes, Iura seu Privile-
gia ipsorum huiusmodi confirmare et roborare voluimus, praesentibusq
roboramus, confirmamus, et approbamus. Quarum tenor de verbo ad ver-
bum sequitur. In nomine Dni Amen. Casimirus Dei Gra
magnus Dux Lithae Russiae Etc. Ad rei memoriam sempiter-
nam. Significamus per praesentes universis et singulis, tam praesenti-
bus quam futuris, praesentium notitiam habituris. Quomodo volentes
civitatis Nre Suraz conditionem meliorem fieri et in multitudini populi
felicia suscipere incrementa, praefatae civitatis Nre Suraz ac omnibus
et singulis civibus et incolis utriusq ritus videlicet, tam S. Romanae
quam Graecae Ecclesiarum cultoribus, ipsam civitatem inhabitantibus prae-
sentibus et futuris. Quia dedimus et contulimus et presentibus damus et
conferimus Ius Theutonicum, quod Magdeburgense dicitur ibidem per-
petue duraturum, in omnibus suis constitutionibus, punctis articulis et sen-
tentijs prout alijs civitatibus Nris Vilnae, Kowno, Brzescie dedimus
et contulimus, et prout Ius ipsum Theutonicum habet et requirit, re-
moventes, in expressa civitate Suraz omnia alia Iura modos et con-
suetudines universas quae ipsum Ius Theutonicum Magdeburgen pler-
umq perturbare consueverunt Eximimus imprimis, absolvimus, et
liberamus perpetuo omnes et singulos cives et incolas civitatis Suraz
ab omni Iurisdone et potestate omnium Ducc Nri Lithae et Russiae
Palatinorum Capneorum Iudicium et aliorum officialium, et a curia in eadem
Suraz et eius officialibus ita quod coram ipsis aut coram eorum aliquo pro cau-
sis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis homicidi, incendy et membro-
rum mutilationis et quibusvis alijs minime respondere nec aliquas penas solvere tenebuntur
sed tantum coram advocato ipsorum, et non aliter quam Iure Theutonico Magdeburgen.
Advocatus autem coram nobis aut Nris successoribus et hoc dum literis Nris citatus fuerit,
respondere tenebitur. Insuper expressos Cives civitatis Suraz eximimus et liberamus
ab exactione Tabernalium alias Kapszczyzna perpetuo et in aevum. Harum quibus Sigil-
lum Nrum prntibus est subappensum testimonio literarum. Actum et datum in Me-
recz Feria quinta post festum Exaltationis S. crucis Ao Dni Millmo Quadrin-
gentesimo Quinto. Praesentibus ibid Illri Duce Georgio Siemionowicz Tenutario
in Pinsko Magnisq Strenuis et Nobilibus Petrasio Montigerdowicz Terrae Lithae Mar-
schalio Gnali Ioanne Zaberezinski Vilnen et Ioanne Mikołajewicz Trocen Palatis, Sienka-
ne Gedygoldowicz Michaele Cancellario alijsq quam plurimis testibus fide dignis. Nos

ЦѢНА ДВА РУБЛИ

vero expressus Alexander Dei gra Magnus Dux Lith Etc ne dum literas Pri-
villegii iam insertas genitoris Nri Charmi roborare, prout iam
roboravimus, sed etiam expressum civitatem Suraż et ipsius in-
colas gra et donatione Nra Speciali providere et augere
volentes, ad supplicationem eorundem civium ut ipsis quasdam
Terras seu agros daremus, quia paucos et fere nullos agros
haberent. Volentes itaq expressam civitatem dilatari, ut cives
eam inhabitantes, redditus et tributa Nra solvere sufficerent,
sed quia agri seu terrae servitus Służebne, ciagle et Tributariae
vulgo Dziakielne dictae quarundam hominum Nrorum aliae vero desertatae ade-
nerant seu continuitae sunt in sub civitatem expressam. Nos volentes civitate expresse
defectum providen absq praeiudicio hominum qui in eisdem Terris residerunt -
commisimus et mandamus specialiter Magco Nicolao Mikołaiowicz Subpincernae
M. D. Lith. et Capitaneo Bielscen, ut pro isdem agris seu Terris possessatis com-
mutationem redderet, desertatos vero adiungeret, et quod omnes sic huiusmodi agros
circum equitaret, et granicebus limitaret pro expressa civitate. Expressus vero
Magcus Nicolaus Mikołaiowicz Capneris expressus Bielscen secundum commi-
sionem et Mandatum Nrum agros seu Terras pro civitate expressa circum-
quitavit vulgaliter obiachał, et limitavit. Incipien a fluvio Narwia inferius
directe per fluvium Kpruska, et fluvio usq ad molendinum Nrum, a mo-
lendino vero eadem fluvio Kpruska in altum in fluvium Iesianowka in Kpru-
ska advenit et sibi coniungitur, superius fluvium Iesionowka, et ibi signa-
lia facta sunt in arbore Brzesth, et ab istis signalibus granicies transeunt
per depressum alias Lugieno, et in aquosam alias Mokrzyglino, usq ad campos
Elaboratos, et ab eodem loco directe per campos et mericas alias Dąbrowi usq ad
extremum Sylva. Holaczа dictam et silvam istam praeterendo et ultimus li-
mes directe per lutum iuxta Narew fluvium superius civitatem. Unde expres-
sus Capitaneus Nro huiusmodi limitationem ex mandato Nro factum nobis in
scriptis obtulit, quam nos literis seu Privilegio inserere mandavimus, approba-
vimus et confirmavimus, agros huiusmodi et campos sicut expressum est
circum equitatos pro civitate expressa Suraż consignan inscriben praesentibusq
inscribimus haben tenen pacifice et quiete possiden nunc et in perpetuum
De quibus, agris et campis sic limitatis et per nos donatis expresse cives quilibet
de parte sua agrorum per ipsum possessa et laborata Decimam manipularem
de Uni grano Plebano Ecclie Parochialis in ibidem solvere tenebuntur tam Graecae
quam Latinae Ecclie neminem excipiendo. Granicies vero et limites antiquos,
quos cum Villa Zietkowo ex antiquo habuerant, et usq habent, qui limites tran-
seunt iuxta Terras Terrigenarum Nrorum dictorum Śmierdzi grochy et vadunt
usq ad Gosowkam fluviolum et ab eodem fluviolo usq ad Narew fluvium en hu-
iusmodi granicies et limites antiquos ipsis praesentibus confirmamus. Item ex-
pressi Oppidani coram nobis exposuerunt, quomodo tempore siccitatis et inundationis
defectus habent Molendinorum. Unde volentes tanto defectui ipsorum subvenire
ipsis admisimus et praesentibus admittimus, Molas manuales alias Żarnij in
domibus haben et eisdem molis molari sub tali tempore Siccitatis vel inunda-
tionis. Tempore vero quo Molendina sufficerent, molare ipsis huiusmodi molis
non admittimus excepta pauca molatione sicut pro pulmentis vel commodo
insufficientibus et pauperibus hominibus istud concedimus; Damus insuper
et admittimus, expressis oppidanis, Sylvas Nras et nemora liberas pro aedifi-
ciis et lignis absq quavis prohibitione Tenutarii Nri et offtis et Terrigena-
rum. Eximimus insuper expressos oppidanos a foralibus alias Targowego
et homines de districtu alias z Włosci exceptis forensibus hominibus et advenis
qui solvere tenebuntur. Admisimus praeterea et praesentibus admittimus expres-
sis Oppidanis fluvium Narew liberum ad piscandum, et faciendum obstacula
alias Iazy et ut expressa civitas Suraż meliori ordine dirigatur, secundum
dispositionem Magdeburgen ordinavimus constituimus, et praesentibus ordinamus,
Quod communitas cum Advocato haereditario Annis singulis tres consules
eligant, qui tres consules cum communitate simul quartum Proconsulem
eligere debebunt, et non aliter. Qui consules post electionem nobis de obedientia
servanda, et iustitia pauperi et diviti praestanda toties quoties eos eligi contig-
erit

iuramentum praestare tenebuntur. Item ordinavimus et ordinamus quod paene iudicatae alias polowczne nihil amplius, nisi decem solidi recipiuntur, qui faciunt se decem ternarios, testimonialibus vero alias pamiętnego quatuor solidi et non amplius. Item consuetudinem Kunica dictam quae recipiebatur quando partes inter se iniuriatae amicabiliter componerent absq. Iuris scita, quam nos consuetudinem, l alias Ruthenicas penitus annihilamus decernimusq. quod omnino accipiuntur, Iudex iuratus Iudicium Banire debebit in duabus septimanis excepto Iudicio necessario. Offis vero cum consulibus praeter bapositum Iudicium banitum nihil iudicare debebunt nec aliquos decernere paenas solum Banito seu capiente Iudicio. In quorum omnium evidentius testimonium Sigillum Nrum praesentibus est sub appensum. Actum et datum in Grodno Feria sexta post festum S. Bartholomei proxa Anno Dni Millmo Quingmo Prima. Praesentibus ibidem Rndis Magcis et Gnosis Dno Alberto Gu Alexandro Iurkowicz Castellano Vilnen et Capneo Grodnen Ioanne de Zabrzezie Sulton Trocen et Marschalco supremo M. D. Lith Nicolao Mikołaiowicz Subpincerna Magni Duc Lit et Capneo Bielscen, Iamussio Alexandrowicz Incisore Nro et Tenutario Siemnicen, Michaele Duce Hlinien Marschalco Curiae Nrae Petro Olechnowicz Magistro coquinae Nrae. Nicolao Gingilowicz e Magistro coquinae Decistori et alijs quam plurimis fide dignis per manus honorabilis Stanislai Veneti Notarii Nri qui praesentia habuit in commissis. Insuper etiam. Nos Sigismundus Augustus praefatus eorundem oppidanorum Supplicantibus clementer annuen habipsum sic modo descriptum Privilegium seu Diploma ex omnia singulaq. in eo contenta uti iusta et legitima approbandum et confirmandum duximus, approbamusq. et confirmamus per praetes Decernen omnia et singula in eo contenta robur debitae et sempiternae firmitatis obtinere debere. Harum testimonio literarum quibus Sigillum Nrum est sub appensum, quibus et manu Nra subscripsimus Actum et datum Cracoviae Sabbatho, ante ferias Divae Mariae Magdalenae quae erat Vigesima Mensis Iulii Anno a natali Dni Seruatoris Millmo Quingentmo Quadragesimo nono. Praesentibus Rndo in Chro Dno Valeriano designato et confirmato Gu Luccorien Illri Magn. gco Nicolao Radziwił supremo Marschalco M. D. Lit Capneo Brzesten et Tenutario in Szawle ac duce de Olyka et Nieswiez et Nobl. ac Gnosi Petro Arciechowski praeposito Sublricen Floriano Zebrzydowski Referendarijs Curiae Nrae actionum Podlasien et Sekretarijs Nris et coteris quam plurimis officiarijs et Aulicis Curiae Nrae fide dignis testibus circa praemissa. Sigismundus Augustus Rex subscripsit. Nos igitur huic matura praedictorum oppidanorum supplicationi annuen, hoc Privilegium et omnia quae in eis tam generaliter quam specialiter velut aequa et legitima continentur, ratificanda et approban duximus, uti quidem approbamus et confirmamus praesentibus Lres Nris Volen ut haec omnia suprascripta in omnibus suis punctis, clausulis, articulis firmitatem perpetuam et aeternam robur habeant. Iuribus Nris Regalibus semper manentibus salvis. In cuius rei fidem et testimonium sigillum Nrum praesentibus est sub appensum Dat Lublini in conventu Regni Nri Gnali Die quarta mensis Aprilis. Anno Dni Millesimo Quingentmo Sexagesimo Nono. Regni vero Nri Anno Quadragesimo. Praesentibus Rndmo et Rndis in Chro Patribus D.D. Iacobo Uchanski Archiepo Gnesnen Legato nato et Regni Poloniae Primate. Philipo Padniewski Cracovien Stanislao Czarnkowski Vladislavien Adamo Konarski Posnanien Stanislao Hosio Sanctae Rom Eccle Cardinale Varmien, Petro Myszkowski Plocen Alberto Staroźrebski Chelmen Episcopis necnon Magcis Gnosis et Nobilibus Sebastiano de Mielecz Castellano Cracovien Stanislao Myszkowski de Mirow Cracovien Petro Zborowski Sendomirien Alberto Łaski Siradien Ioanne Sierakowski Lancicien, Ioanne de Mazowszo Brzesten Ioanne de Kościelec Inowladislavien, Georgio Iazłowiecski de Buczacz Podoliae, Ioanne de Dąbrowica Lublinen et regni nostri Marschalco Andrea Dembowski Bełzen Palatinis Stanislao Sober

de Sulcimo Sandomirien et Regni Nri Thesaurario, Nicolao de Mielecz Woynicen Andrea Dembowski Siradien Jacobo Zawiski Lancicien, Raphale Dziatynski Brzesten, Adamo Drzewicki Junivladislavien, Stanislao Herbulth de Fulstyn Leopolien Valentino Dembinski Cancellario, Francisco Krasinski praeposito Plocen et Vicecancellario Regni Nri Stanislao Baryz de Blazew Marschalco Stanislao Sandiuagio Czarnkowski commendantor Poznanien, Stanislao Ossowski, cantore Gnesnen et curiae Nrae Referendariis Joanne Borakowski praeposito Lancicien, Stao Krasinski Scholastico Gnesnen et alijs quam plurimis Dignitarijs officialibus Secretaris et Aulicis Nris fide dignis. Dat. per manus Rndi Francisci Krasinski Praepti Plocen et Regni Nri Vicecancellario Sincere nobis dilecti Sigismundus Augustus. Nos itaq Vladislaus Quartus Rex praefatus, huic supplicationi civium praedictorum quoq benigne annuen praeinsertas literas in omnibus earum punctis clausulis et conditionibus approban et confirman esse duximus, uti quidem in quantum Juris est, et usus earum habetur approbamus et confirmamus praesentibus lris Nris Decernen easdem vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere, Juribus Regni et Reipcae Ecclesiaeq Catholicae salvis manentibus. In cuius rei fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Dat. Varsoviae die duodecima Mensis Martij Anno Dni Millmo Sexcentmo Trigesimo Septimo Regnorum Nrorum Poloniae et Sueciae Quinto Anno. Vladislaus. Rex. Sigillum appensum Maioris Cancellariae Regni. Nos itaq Joannes Casimirus Rex praenominatus supplicationi eiusmodi civium Nrorum Sanoczen apud Nos factae benigne annuentes praeinsertas Privilegii literas in omnibus earum punctis clausulis, articulis neribus et conditionibus authoritate Nra Regia approban et confirman esse duximus approbamusq et confirmamus praesentibus lris Nris Decernen easdem vim et robur debitae et perpetuae firmitatis (in quantum Juris est:) obtinere ab oibq inviolabiter observari debere. In quorum maiorem fidem praesentes manu Nra Subscrptas Sigillo Regni communiri mandavimus. Dat Cracoviae in Comitiys felicis Coronationis Nostrae Die XII Mensis Februarij Anno Dni MDCXLIX. Regnorum Nrorum Poloniae et Sueciae I. Anno Joannes Casimirus.